

Historia de Sancto Georgio

Georgius tribūnus pervēnit quādam vice in prōvinciam Libyae in cīvitātem, quae dicitur Silēna. lūxtā quam cīvitātem erat stāgnūm īnstar maris, in quō dracō pestifer latēbat, quī saepe populum contrā sē armātum in fugam converterat, flātūque suō ad mūrōs cīvitātis accēdēns omnēs īficiēbat. Quāpropter duae ovēs ā cīvibus perterritis eī quotīdiē dabantur, et furor eius ita sēdābatur. Ubi iam ovēs paene dēficiēbant, ovis cum adiūctō homine dracōnī tribuēbatur. Et iam paene omnēs filiī et filiae cōsūptī erant, quāndō filia rēgis ūnica sorte est dēprehēnsa et dracōnī adiūdicāta. Tunc rēx contrīstātus ait: „*Tollite aurum et argentum et dimidium rēgni mei, et filiam mihi dimittite.*”

Cuī populus cum furōre respondit: „*Tū, ō rēx, hoc ēdictum fēcisti, et nunc omnēs pueri nostri mortui sunt, et tū vis filiam tuam salvāre?*” Rēx coepit filiam suam flēre.

Virgō ad lacum prōcessit. Quam beātus Georgius cāsū inde trānsiēns ut plōrantem vīdit, interrogāvit causam maestitiae. Et illa: „*Bone iuvenis, equum cōnscende et fuge, sī mēcum morī nōn dēsīderās.*”

„*Nōlī timēre, filia, quia in Christī nōmine tē iuvābō.*”

Dum loquuntur, ecce dracō veniēns caput dē lacū levāvit. Georgius equum cōnscendēns et cruce sē mūniēns dracōnem contrā sē venientem aggreditur, et lanceam vibrāns et sē Deō commendāns ipsum vulnerāvit et ad terram dēiēcit.

Vidēns autem lēsus turbās ascendit in montem ... et accessērunt ad eum discipuli eius. Et aperiēns ōs suum docēbat eōs dīcēns: „*Beātī pauperēs spīritū, quoniam ipsōrum est rēgnūm coelōrum; beātī mītēs, quoniam ipsī possidēbunt terram; beātī, quī lūgent, quoniam ipsī cōsōlābuntur; beātī, quī ēsuriunt et sitiunt iūstītiā, quoniam ipsī saturābuntur; beātī misericordēs, quoniam ipsī misericordīam cōnsequuntur; beātī mundō corde, quoniam ipsī Deum vidēbunt; beātī pācīfīcī, quoniam filiī Deī vocabuntur; beātī, quī persecutionem patiuntur propter iūstītiā, quoniam ipsōrum est regnūm coelorum; ... gaudete et exsultāte, quoniam mercēs vestra cōpiōsa est in coelis, sīc enim persecutī sunt prophētās, quī fuērunt ante vōs.*” (MÁTÉ evangēliuma 5, 1-12)

Grammatica

<i>deponens (álszenvedő) igék</i>		<i>semideponens (félíg álszenvedő) igék</i>	
hortor 1 (-ari) hortatus sum	biztat	audeo 2 ausus sum	mer
confiteor 2 (-eri) confessus sum	bevall	fido 3 fisis sum	bízik
loquor 3 (-i) locutus sum	beszél	gaudeo 2 gavisus sum	örül
aggredior 2 (-i) aggressus sum	odamegy, megtámad	soleo 2 solitus sum	szok(ott)
experior 4 (-iri) expertus sum	kipróbál	fio fieri factus sum	válik valamivé, lesz

Tiltás a nolo nolle nolui igével (imperativus: noli, nolite + infinitivus)

Reginam **occidere nolite** timere bonum est si omnes consentiunt ego non contradico. (Iohannes archiep. Strigon.) Irā incensus **noli agere!**

Esettan

ablativus rei efficientis Mundus divina providentia regitur. Corpora iuvenum labore firmantur. Dolor tempore lenitur

ablativus auctoris Roma a Romulo condita est. Terra a Deo creata est. Cives ab hostibus occisi sunt. Parentes a liberis amantur. Ferdinandus ab Hungaris rex creatus est. Fere tota Hungaria a Turcis devastata est.

ablativus qualitatis Aeque animo est. Homines summā elegantīā. Caesar nigris oculis fuit. Heri in silva cervum magnitudine insolita vidimus. Multa animalia ingentibus viribus sunt.